13.B/11-002

Viro Clarissimo

Paulo Usteri

S.

Joseph Antonius Bonato

Tabellarii adventu tuam Epistolam accepi, Vir Clarissime, una cum octo hucusque a te editis Annalium Botanicorum voluminibus, quod opus diligenter cupiens perlegam, ut aliquid posthac dignum hujusce tui percelebrati Promptuarii mihi præbeat Botanica. Per litteras monitum faciam præstantissimum Dominic. Nocca de tua diligentia, ut tibi prompte debitam pecuniam solvat.

Interim maximas tibi gratias ago, tuæque erga me humanitatis memor vivam. Vale, Vir Clarissime, meque tibi obsequentem habeas.

Dat. Patavii, Die XVIII. Februar. MDCCLXXXXIV.